

& literis Apostolicis quibuscumque; Personis, etiam quantumvis sublimibus, & specialissima mentione dignis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis, aliiisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, editis, factis, & pluries iteratis, & quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae haberetur ipsi praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die V. Octob. MDCCIX. Pontificatus nostri Anno Nono.

CXXX.

Conceditur Presbyteris Congregationis Piorum Operariorum ab eorum locorum Ordinariis approbatis facultas ubique audiendi Sociorum ejusdem Congregationis in itinere Confessiones.

Const. ed. 1707, Moji 10 P. 7 concessa fuit facultas celebrandi Missas una hora ante auroram, & post meridiem. Et Const. ed. 1712, Jan. 2, P. 12 concedatur Ecclesia, & Collegium S. M. Montium de Urbe.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Pastoralis Officii humilitati nostrae divinitus impositi sollicitudo Nos admonet, ut paternam Congregationum Virorum in Ecclesia Dei uberes honorum operum fructus aspirante superni favoris auxilio proferri jugiter satagentium curam peculiari studio gerentes, illas quo laudabilia earum Instituta cum majori spiritali consolatione, uberiusque animarum fructu proficere valeant, opportunis favoribus, & gratiis decoremus.

Proces Procurationis Gen.

§. 1. Cum autem, sicut dilectus filius Modernus Procurator Generalis Congregationis Piorum Operariorum Nobis nuper exponi fecit

ipse quibuscumque dictae Congregationis Presbyteris ad Confessiones audiendas in Dioecibus ubi residere soliti sunt, approbatis, sacramentalibus quorumvis aliorum ejusdem Congregationis Confessiones extra Dioeceses hujusmodi audiendi facultatem a Nobis concedi, & opportune in praemissis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum desideret: Nos ipsius Procuratoris Generalis votis hac re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum hactenus absolventes, & absolutum fore censes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, quibus cumque Congregationis praedictae Presbyteris, qui tamen in Dioecibus, ubi residere soliti sunt, seu unde discesserint ad Confessiones audiendas approbati reperiantur, ut sacramentalis quorumvis aliorum ejusdem Congregationis una cum ipsis iter pro tempore agentium Confessiones, tamen in illis Dioecibus in quibus iter agendo repererunt, approbati non fuerint, audire, illosque a peccatis suis (penitentia salutari & aliis, quae fuerint injungenda, eis injunctis) absolvere libere, licite, & valide possint, auctoritate Apostolica, tenore praesentium concedimus, & indulgemus: salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Concessio predd. facultatis.

§. 2. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut ipsarum praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici vel Secretarii dictae Congregationis Piorum Operariorum subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae, seu illius Superioris Generalis munitis eadem prorsus fides ubique locorum, tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae ipsi praesentibus haberetur si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die IX. Jan. MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CXXXI.

Das. 16. Jan. 1710. An. 10.

Damnatur, & prohibetur denuo quatuor libelli Episcopi S. Pontii.

Const. ed. 1708, Jul. 13, P. 3. damnatus fuit liber. Le Nouveau Testament &c. Et Constitutione sequenti damnatur liber. Traité de la Regale &c.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Referuntur libellorum tituli.

CUM alias in lucem prodierint libelli quidem Gallico idiomate impressi sub titulis infrascriptis, videlicet. Mandement de Monseigneur l'Evêque de S. Pons touchant l'acceptation de la Bolla de N. S. P. le Pape Clement XI. sur le cas signé par. XL. Docteurs avec la justification des 23. Evêques, que voulant procurer la paix à l'Eglise de France en 1667, le servient de l'expression d'un silence respectueux, pour marquer la soumission, qui est due aux décisions de l'Eglise sur les faits non révélés, avec les Moyens de retrablir a present cette paix 1706. Nouvelle lettre de Monseigneur l'Evêque de Saint Pons, qui refuse celles de Monseigneur l'Archevêque de Cambrai touchant l'insubmissibilité du Pape 1707. Lettre de Monseigneur l'Evêque de S. Pons a Monseigneur l'Archevêque de Cambrai ou il justifie les XIX. Evêques, qui s'écrivirent en 1667. au Pape, & au Roy au sujet des IV. celebres Evêques, de Metz, de Paviez de Beauvais, & de Angars. Reponse de Monseigneur l'Evêque de S. Pons a la lettre de Monseigneur l'Archevêque de Cambrai. Illi vero tamen hujus Sanctae Sedis auctoritate prohibiti, atque damnati, adhuc praesertim apud Gallos, non sine honorum indignatione, & pusillorum scandalo, atque animarum periculo palam in vulgus spargantur, quemadmodum ad Apostolatus nostri Notitiam plurimorum quercia delatum fuit. Nos auditis desuper nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, plurimisque in Sacra Theologia Magistrorum, qui rem mature, ac diligenter discusserunt sententiam pro commissa Nobis ab aeterno Pastore gregis sui cura, Dominicas oves, quantum Nobis ex alto conceditur, a noxiis praeservare cupientes, de memoratorum Cardinalium consilio libellos supradictos, & eorum quemlibet, utpote continentes doctrinas, & propositiones falsas, perniciosas, scandalosas, seditiosas, temerarias, schismaticas, erroneas, atque haesim respective sapientes, necnon in apertam fraudem, & elusionem Constitutionis ad extirpandam penitus Iansenianam haesim a Nobis novissime editae manifeste tendentes, sub superius expressis aliisque quibuscumque titulis, ubicumque, & quocumque alio idiomate, seu quavis editione, & versione hucusque impressos, ac manu descriptos, aut quod absit, in posterum imprimendos, & describendos auctoritate Apostolica, tenore praesentium denuo damnamus, & reprobamus, ac legi, & retineri prohibemus; ipsorumque libellorum, & eorum cujuslibet impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christianis fidelibus, etiam specificis, & individua mentione, & expressione dignis sub poena excommunicationis per contractum ipso facto, & absque alia declaratione incurrenda a qua nemo per quemquam, nisi per Nos, aut Romanum Pontificem pro tempore

Causa nova damnationis reatorum libellorum.

existentem praeterquam in mortis articulo constitutus absolvi possit omnino interdicimus, volentes, & auctoritate praefata mandantes, ut quicumque libellos praedictos, vel aliquem illorum penes se habuerint, illos, seu illum statim atque praesentes literas eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel haereticae pravitatis Inquisitoribus deferat. Qui autem venerabili fratri Episcopo S. Pontii subsunt, Metropolitanis, aut uni ex Vicinioribus Episcopis tradere, atque consignare teneantur, hi vero exemplaria sibi sic tradita, illico flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Clausula cum comminatione auctoritatis.

§. 1. Ceterum contra Authorem libellorum eorumdem pro tradita a Nobis divinitus supra pastoralis officii potestate in promptu habentes, secundum Apostolum ulcisci omnem inobedientiam, & destruere omnem altitudinem extollente se adversus scientiam Dei, procedere intendimus, prout Juris fuerit juxta Canonicas Sanctiones.

§. 2. Ut autem eadem praesentes literae ad omnium notitiam facilius perducantur, nec ququam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate praefata decernimus, illas ad valvas Basilicae Principis Apostolorum ac Cancellariae Apostolicae necnon Curiae generalis in Monte Citorio, ac in acie Campi Florae de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinquuntur sic publicatae omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, ac si univernique illorum personaliter notificatae, & intimatae fuissent.

§. 3. Ipsarum autem literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae ipsi praesentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XVIII. Januarii MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CXXXII.

Damnatur, & prohibetur liber sub tit. Traité de la Regale &c.

Das. 18. Jan. 1710. An. 10.

Const. praecedenti damnati fuerit libelli Episcopi S. Pontii, & Const. ed. 1710, Feb. 17, P. 10, damnatur liber: Ragioni a pro della Città di Napoli &c.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

CUM sicut ad Apostolatus nostri notitiam pervenit, in lucem prodierit liber quidem Gallico idiomate editus, cui Titulus: Traité de l'origine de la Regale, & des Causes de son établissement. Per M. Gaspard Audouin Avocat au Parlement, & aux Conseils du Roy, & de Monseigneur le Duc d'Orléans. A Paris 1708. In quo ejus Author non modo antiquum illum usum percipienti, seu potius custodiendi fructus quarundam vacantium Ecclesiarum, quem Jus Regaliae nuncupant in omnibus Regni Galliarum Ecclesiis, adco-

Libri titulus, & ejus damnationis causas.

adeoque etiam in illis, quae tempore celebris Constitutionis in Generali Concilio Lugdunensi secundo editae ejusmodi oneri minime erant obnoxia, non tam contra ipsius Concilii Decreta, quam contra satis omnibus notam ea in re Apostolicae Sedis mentem, locum sibi vindicare contendit, sed quod prorsus intolerandum est ausu non minus Nobis, quam se. re. Alexandri VIII, & Innocentii XII. Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris injurioso, Universalem juris Regalia usum hujusmodi quem re: me. Innocentius PP. XI. etiam Praedecessor noster omni humano, divinoque Juri contrarium esse censuit, ab iis, qui eidem Innocentio Praedecessori successerunt, veluti Justitiae consonum agnatum fuisse falso, aequae, ac temere affirmare non erubescit.

Libri Confus.

§.1. Nos librum hujusmodi nonnullis ex venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, aliisque in Sacra Theologia Magistris examinandum commisimus, qui illum subinde utpote continentem, praeter praemissa, etiam quamplura alia assera manifeste falsa, contumeliosa, Ecclesiasticae Immunitati Dei ordinatione, & Canonice Sanctionibus constituta adversantia, impia, temeraria, erronea, atque etiam haeresim respective sapientia, damnandum, & prohibendum esse unanimiter censuerunt. Auditis itaque eorumdem Cardinalium, & Magistrorum sententiis, creditum Nobis a Domino pastoralis curae, atque vigilantiae munus, quantum Nobis ex alto conceditur salubriter exequi cupientes, de ipsorum Cardinalium consilio, librum praedictum auctoritate Apostolica tenore praesentium damnamus, & reprobamus, ac legi, seu retineri prohibemus, ipsiusque libri impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christianis etiam specificis, & individua mentione, & expressione dignis, sub poena excommunicationis per contrasacientes ipso facto absque alia declaratione, incurrenda, a qua nemo a quoquam (praeterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente) nisi in Mortis Articulo constitutus absolutionis beneficium valeat obtinere, omnino interdiximus. Volentes, & eadem Auctoritate mandantes, ut quicumque librum hujusmodi penes se habuerint, vel in futurum quandocumque habebunt, illum statim, atque praesentes litterae eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel haereticae pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur, hi vero exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Damnatio, & prohibitio d. Libri.

§.2. Ut autem eadem praesentes litterae omnibus facilius innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate praedicta decernimus illas ad valvas Basilicae Principis Apostolorum ac Cancellariae Apostolicae nec non Curiae Generalis in Monte Citorio, ac in Acie Campi Florae de Urbe per aliquem ex Curatoribus nostris, ut Moris est publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinquuntur sic publicate omnes, & singulos, quos concernunt perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificatae, & intimatae fuissent. Ipsarum autem litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eandem prorsus fidem tam in judicio, quam extra illud ubique loco-

Gladius.

rum haberi, quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XVIII. Januarii MDCCX. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

CXXXIII.

Confirmantur Regulae pro Collegio Assisensi Missionariorum Ordinis Minorum Conventualium.

Dat. 27. Jan. 1710. An. 10.

Inn. XI. Const. ed. 1686, Oct. 16, P. 11, confirmata fuere Collegia Missionariorum pro min. S. Franc. in Hisp. & Ind. Occiden. Hujus Pontificis Const. ed. 1701, Maii 30, P. 1, eadem fuit Collegium in Conventu Urbinaten. & Bened. XII. Const. ed. 1724, Jun. 20, P. 1, confirmatur etiam Collegium in Provincia Castella veteris FF. Discalc.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Crediti Nobis caelitus Sacrosancti Apostolatus officii ratio exigit, ut illis, quae pro Collegiorum, seu Seminariorum Christianae Religionis propaganda, Catholicaeque Fidei tuenda consilio sapienter institutorum directione, felicitateque progressu, provide constituta esse noscuntur, quo firmiter subsistant, & serventur exactius, Apostolici muniminis adjungamus firmitatem.

Procurium.

§.1. Exposuerunt siquidem Nobis super Venerabiles Fratres Nostri Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, negotiis Propagandae Fidei praepositi, quod cum Nos alias juxta Decretum, quod prius, nempe in Congregatione eorumdem Cardinalium die 3. Octobris 1707. coram Nobis habita edideramus, dilectis Filiis quorundam Religiosorum Ordinum Superioribus praecipissemus, ut omnino, & quamprimum suo quique in Ordine Conventum aliquem, veluti pro Seminario Missionariorum ad instar Seminariorum, seu Collegiorum in Sancti Pancratii prope, & extra muros Urbis Ordinis Fratrum Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum, & Sancti Petri in Monte Aureo de eadem Urbe Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum etiam nuncupatorum Conventibus respective institutorum deputarent, in quo diu, ac diligenter vocatio, & spiritus eorum, qui Missionibus destinarentur, probaretur, illique etiam ibidem de omnibus, quae ad hoc Apostolicum ministerium cum laude, & fructu exercendum utilia, & necessaria forent, plene instruerentur; quatenus vero in aliquo ordine Conventus hujusmodi destinatio ad hunc effectum tantum non tam cito fieri posset, donec ea fieret, ea omnia in aliquo Conventu, vel domo ejusdem Ordinis, ubi Regularis Observantia magis vigeret, executioni mandarentur: novissime, nempe die 23. Septembris 1709. memorati Cardinales Collegium, seu Seminarium hujusmodi pro Missionariis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, re mature discussa, in Conventu Assisensi ejusdem Ordinis juxta oblationem dilecti Filii moderni Ministri Generalis ipsius Ordinis, donec aliter provideatur,

A Sanctitate Sua mandari fuit quidam Religiosi Ordines instituerent Collegium Missionariorum in aliquo Conventu ad instar illius S. Petri in Urbe.

Collegium FF. Min. Convent. institutum fuit in Cœnobio Assisensi, pro quo constituta sunt sequentes

tur, destinandum esse decreverunt, ac proinde dilecto Filio Nostro Josepho ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Vallemanno nuncupato, Ordinis praedicti apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectori, nec non dilecto Filio Magistro Sylvio de Cavalieriis in utraque Signatura Nostra Referendario, dictae Congregationis Cardinalium Secretario, ut Regulas pro ejusdem Collegii, seu Seminarii salubri directione ad instar duorum praefatorum Collegiorum S. Pancratii, & S. Petri in Monte Aureo conficerent, prout ab eis reipsa confectae fuerunt tenoris, qui sequitur, videlicet:

Regulae.

De loco Collegii.

I. Pater Generalis destinet, & assignet locum, seu Dormitorium in dicto Conventu Assisensi, cum suis Cellis pro decem saltem Religiosis, quae sint distinctae, & separatae ab aliis Dormitoriis, necnon alias Cellas in eodem loco, five alio huic viciniore pro Lectoribus juxta numerum inferius praecipendum, cum inscriptione apponenda in principio, vel in parte aptiori dicti Dormitorii assignandi:

Collegium, seu Seminarium Missionum.

Qualitate eligendorum pro Collegio.

II. Cum munus Missionum vere sit Apostolicum, incumbat idem Pater Minister Generalis eligere Religiosos Regulari disciplina, probitate morum, ac zelo gloriae Dei praeditos, & ad animarum salutem, eximia charitate accensos, qui velut Candelabra super Montium jugis sita, tenebras tam infidelitatis, quam Haereses pro viribus dissolvant, quique nec minores sint annis viginti quinque, nec trigessimam quintum excedant, ac robusta corporis valetudine polleant, aptique sint ad laborandum in Vinea Domini; Theologiae quoque cursum expleverint, ac Lectores, seu Concionatores fuerint, aut saltem in Morali Theologia versati, & non ex sola Italia, sed ex omnibus Provinciis advocari curet, & plures etiam ex una Provincia, si tamen possibile sit, major pars colligatur ex provinciis Status Ecclesiastici, dummodo praedictas qualitates habeant, moneatque insuper Provinciales, Guardianos, aliosque, si opus fuerit Religiosos, ne accedere volentes ullo modo retrahant, & contra tales dissuadentes, & male consulentes poenas comminetur privationis activae, & passivae vocis, aliasque arbitrio Sacrae Congregationis.

Quid ab his praecipendum in ingressu.

III. In ipso ingressu singuli exercitia spiritalia peragant per decem, aut saltem octo dies, cum omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum sit descendens a Patre Luminum; & deinde immediate in manibus Patris Generalis, aut eo absente, ipsius Vicarii, vel alterius ab eo deputandi juramentum: juxta infra scriptam formulam praestent, illudque ad Sacram Congregationem transmittatur. Formula Juramenti talis est:

Formula juramenti.

Ego Frater N. professor in Conventu N. Provinciae N. Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci juro, & promitto in manibus Paternitatis vestrae Reverendiss. N. sive Patris Vicarii, aut Superioris Conventus S. Francisci Assisensi ab hoc Seminario non discessurum, neque discedere procuraturum mediate, vel immediate per me, vel per interpositam personam, nisi ex legitima causa admittenda a Paternitate vestra Reverendissima, vel a vestris Successoribus canonice intrantibus, & non alias &c. Insuper pro

Fidei Catholicae propagandae causa, ac salute Infidelium procuranda, ad eum locum, Provinciam, seu Regnum sine aliqua repugnantia, aut exceptione quandocumque iturum, ad quam, seu quod a Paternitate vestra Reverendissima ero destinatus, & missus; sic me Deus adjuvet, & haec Sancta Dei Evangelia, Ego NN. affirmo, ut supra manu propria.

Quandiu ibi debeant morari.

IV. In dicto Seminario permancant spatio duorum annorum, & non ultra, nisi fortasse cum aliquo ob insignis spem profectus, vel alia legitima causa censuerint Lectores protrahendam, esse moram ad triennium, idque cum dispensatione in scriptis Patris Generalis, & Sacrae Congregationis.

Genendi sunt tanquam de familia.

V. In omnibus Collegiales subsint, prout etiam Lectores obedientiae Guardiani, sicuti ceteri Fratres de familia, ac ceteri Lectores, ac de his habeatur, dum in Seminario permanserint, eadem ratio, ac si hujus Provinciae Fratres essent, tum circa praecedentiam juxta susceptionem habitus, tum circa reliqua eorum Religiosis necessitatibus convenientia, de quibus Pater Guardianus non fecus, ac reliquos sui Conventus Fratres, eos providebit sub iisdem poenis, quae contra Guardianos, id ipsum suis Fratribus praestare negligentes a Statutis decretae sunt; Vestiarium vero Pater Generalis, vel a propriis Provincialibus eis debito tempore, vel a Guardiano Assisensi, pro cujus intentione Studentes, ac Lectores Missas celebrare debeant, subministrari curet.

Horum eis concedendum.

VI. Concedat Guardianus hujusmodi Collegialibus parvum Hortum cum sua sera, si commode fieri poterit, ubi se junctum ab aliis honeste refici, ac invicem in linguis cum suis Lectoribus sese exercere valeant.

De numero, & electione Lectorum.

VII. Duo semper in hoc Seminario ad minus ad sint Lectores, Controversiarum alter, & alter seu plures, qui callent linguam, qua utuntur Peloponesenses, Constantinopolitani, Transilvani, Molcavi, Valachi, in quorum Regionibus dicta Religio Missiones habet, ita tamen, ut non nisi previo examine coram Superiori Generali faciendo, sive per eum delegando, & confirmatione Sacrae Congregationis admittantur, insimulque injungatur serio sedulitas, & assiduitas in Lectionibus, repetitionibus, & exercitiis.

Privilegia eorumdem.

VIII. Fruantur Lectores sic electi, & confirmati, praecedentia, & praecipua, ac privilegia, quibus Lectores actuales Theologiae potiuntur.

Eorum onera.

IX. Lector Controversiarum binas ad minus singulis hebdomadis tradat in scriptis lectiones controversiarum utiles pro dictis locis, ad quae Alumni hujus Seminarii sunt destinandi, & post vesperras earundem habeat conferentias, frequentibusque exercitiis studentes instruat; Singulis vero mensibus tradat doctrinae disputationes habeantur, intervenientibus etiam aliis Lectoribus, & Religiosis ejusdem Conventus. Alii vero Lectores linguarum ter in hebdomada legant, & rerum, quas studentes docuerint, repetitionem ab eis exigant singulis diebus, quibus legere teneantur, per horam post vesperras auditores suos exercendo.

De egressu e Conventu.

X. Prohibetur aequae Lectoribus, ac Studentibus diebus Lectionum a Conventu egredi quicumque de causa, nisi expletis integre lectionibus,

bus, ac exercitiis ea die, qua fieri debent, & in hoc Guardianus diligenter incumbat, & si Thefes eadem die habeantur, Guardianus, si ita expedire videbitur, absolute licentiam denegat.

Interdicitur susceptio alicuius unquam

XI. Interdicitur pariter Lectoribus æque, ac Alumnis Quadragesimalium Concionum cursus aggredi, & solummodo permittatur Studentibus sermonem aliquem, aut concionem interdum infra annum habere ob aliquam occurrence Festivitatem, aut quadraginta horarum, ac similiter in mensa, vel in Conventu, ad hoc ut prompti sint ad huiusmodi exercitium subeundum tempore Missionum, dummodo per id studium prædictis nulla penitus distractio sequatur.

Superiores corrigant negligentes

XII. A lectionibus, repetitionibus, ac exercitiis utriusque studii, nemo prorsus ex Studentibus, quocumque titulo, aut colore, eximat, aut unquam permittatur abesse; & si quis neglexerit, a Guardiano corrigatur, idemque fiat, si aliquem negligentem in exscribendis lectionibus, aut in dictis studiis desidiosum reperiat, & tam Lectores, quam Guardianus de omnibus Superiorem Generalem, ac etiam Sacram Congregationem certioret.

De Thefiis

XIII. Senis quibuscumque mensibus Thefes Theologicæ Illyricæ, seu altera lingua, & Latino idiomate habeantur, quibus Guardianus interesse teneatur ad dignoscendos eos, qui proficiunt, & monere debeat Patrem Generalem de iis, qui forsitan studio huiusmodi minus vacaverint, ut valeat, iis submotis, alios subrogare.

Concio habenda de præstantia Missionum

XIV. Curet Pater Generalis aliquem Religiosorum deputare, qui ad ipsos Studentes singulis mensibus magno zelo, ac pietate Concionem habeat de Missionariorum muneris præstantia, deque peculiaribus eiusdem functionibus, quo spiritus Apostolicus in eis succendatur, ac maneat, erudianturque in iis omnibus, quæ ad illud congrue, & cum Dei gloria peragendum pertinent.

De Visitacionibus

XV. Generalis Ordinis, vel ejus Vicarius, aut alter delegatus, singulis quatuor mensibus saltem Studium illud visitet, & si Studentem aliquem minime proficientem invenerit, aliqua poenitentia injuncta, cum ad propriam Provinciam redire jubeat, & eandem Congregationem de remotione moneat, aliumque quamprimum subroget.

XVI. Ultra vero prædictam Generalis visitationem, liceat Sacra Congregationi ejus arbitrio aliquem deputare, qui Collegium prædictum visitet, & de statu, ac necessitate ipsius Collegii, & Alumnorum, deque eorundem progressu certioret.

De expositione Catechismi

XVII. Singulis diebus Dominicis, & aliis festivis de præcepto præfati Collegiales in Ecclesia, vel in alio opportuno loco a Patre Generali destinando, explicant Catechismum Romanum, & unusquisque turnarie continet per mensam.

De missione Missionariorum

XVIII. Completo biennio abeant Studentes, quo a Sacra Congregatione destinati fuerint, quod si nullus tunc temporis sit in promptu Missionis locus, illis a Patre Generali aliquis Conventus deputetur, in eoque permaneant quousque advenerit occasio Missionis, & Sacram Congregationem certioret; Quod si aliquis illorum

ad destinatas Missiones renueret, aut negligenter accedere, arbitrio Sacra Congregationis præcatur.

De eorum Privilegiis

XIX. Ut autem dicti Ordinis Religiosi aliquo etiam temporali, congruoque alliciantur premio, animosque fortius intendant ad libentius semetipsos dicandos Sacro Missionum ministerio, ac consequenter studii præfatis, veluti ad Missiones ipsas directis, tam Studentes, quam Missionarii respective his privilegiis, quæ sequuntur gaudeant.

XX. Si, qui in Missionem aliqua per integrum sexennium Præfati munere laudabiliter profuerint, ad Lauream Magisterii promoveantur: Si vero in Religione dictam Lauream jam affectu fuerint, Patres Provincie declarentur. Alii vero Missionarii, si per novennium in Missionem permanerint, eadem Magisterii laurea decorentur, & si fuerint in Sacra Theologia Magistri, Patres quoque Provincie instituantur, ordine tamen Sacra Congregationis præcedente.

Prædicatorum executio

XXI. Studeant Superiores Ordinis singula debite executioni demandare, in quibus eorum conscientias Sacra Congregatio onerat, relicta eorum arbitrio facultate alia tam disciplinam, quam studiorum profectum respicientia, supra dictis tamen firmis remanentibus, statuendi, & cum approbatione Sacra Congregationis decernendi.

Confirmatio eorumdem præcibus Cardinalium facta

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Cardinales præfati, facta sibi per eundem Secretarium omnium, & singularum Regularum huiusmodi distincta relatione unanimi consensu illas approbantes, confirmandas esse censuerint; Hinc est, quod Nos inviolabili earundem Regularum robori, & efficacia providere volentes, supplicationibus eorundem Cardinalium Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, easdem præfatas Regulas cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementis, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Clausula

§.3. Decernentes easdem præfatas literas, ac Regulas huiusmodi semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, præfati Conventus Assisien., & illius Ordinis, aliisque quibuscumque etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliorum Statutis, & Consuetudinibus; stabilitis, usibus, & naturis; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis,

matibus, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut earundem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ adhibetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXI. Januarii MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

* Dat. 21. Jan. 1710. An. 10.

CXXXIV.

Confirmantur Regule pro Collegio Missionariorum in Conventu S. Bartholomæi in Insula de Urbe Fratrum Minorum de Observantia.

De similibus Regulis Collegii Fratrum Conventualium vide Constitutionem præcedentem. De erectione similibus Collegiorum vide L. XI. Const. ed. 1686, Jun. 28, P. 10. Et Bened. XIII. Const. ed. 1728, Jun. 16, P. 5.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Præmissum

Commisimus Nobis divinitus Sacrosancti Apostolatus Officii ratio postulat, ut illis, quæ provido consilio pro Collegiorum, seu Seminariorum, in quibus Religiosi Viri ad Christianam Fidem, Catholicamque Religionem propagandam mittendi opportune instituantur, salubri directione, felicique progressu constituta essent, quo firmiter subsistant, & ferventur exactius, Apostolice muniminis adjungamus firmitatem.

Cum ant. 1707 præcepta fuerit erectio Seminariorum in quibusdam Ordinibus Religiosis, hinc erectum fuit de Collegium, ac editæ infrequentos

§.1. Alias siquidem Nos juxta Decretum, quod prius, nempe in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum die tertia Octobris MDCCVII. coram Nobis habita edideramus, dilectis Filiis quorundam Religiosorum Ordinum Superioribus præcepimus, ut omnino, ac quamprimum suo quique in ordine Conventum aliquem, veluti pro Seminariorum, seu Collegiorum in Sancti Patris prope, & extra muros Urbis Ordinis Fratrum Beate Mariæ Virginis de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum, ac Sancti Petri in Monte Aurco de eadem Urbe Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum etiam nuncupatorum Conventibus respective institutorum deputarent, in quodiu, ac diligenter vocatio, & spiritus eorum, qui Missionibus destinarentur, probaretur, ipseque etiam ibidem de omnibus, quæ ad hoc Apostolicum ministerium cum laude, & fructu exercendum utilia, ac necessaria forent, plene instruerentur, quatenus vero in aliquo ordine Conventus huiusmodi destinatio ad hunc esse-

stam tantum non tam cito fieri posset, donec ea fieret, ea omnia in aliquo Conventu, vel Domo ejusdem Ordinis, ubi Regularis observantia magis vigeret, executioni mandarentur. Porro in præmissorum implementum, sicut præfati Cardinales Nobis nuper exposuerunt, novissime in Conventu Sancti Bartholomæi in Insula de Urbe præfata Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum novum Collegium, seu Seminarium pro Missionariis huiusmodi erectum, seu destinatum, necnon Dormitorium pro duodecim Religiosis ad loca Terræ Sanctæ, & alias Missiones expediendis assignatum fuit, ac insimul nonnullæ Regule pro novo Collegio, seu Seminario huiusmodi confectæ, illæque ipsis Cardinalibus, ut ab iis confirmarentur, exhibitæ fuerunt tenoris, qui sequitur, videlicet:

Regula, & provisiones pro novo Collegio, seu Seminario Minorum Observantium erecto in Conventu Sancti Bartholomæi in Insula ejusdem Ordinis a Sacra Congregatione Generali de Propaganda Fide confirmanda.

Regula

I. Cum a Congregatione particulari habita die 12. Septembris MDCCIX. resolutum fuerit esse destinandum locum, seu Dormitorium in dicto Conventu pro duodecim Religiosis expediendis ad loca sancta, & respective ad alias Missiones, & P. Cælestinus a Mediolano Vice-Commissarius Generalis assignaverit Dormitorium e conspectu Palatii Dominorum de Sabellis continens duodecim Cellas, & alias contiguas pro Lectoribus juxta numerum inferius præfigendum, confirmanda videtur dicta assignatio, & ponenda in principio Dormitorii, vel in loco aptiori inscriptio:

De loco Collegii

Collegium, seu Seminarium pro Missionibus Sanctorum, & aliorum locorum.

II. Ut Missionum munus, quod vere Apostolicum est, per Viros undequaque idoneos omni cura, & fervore, ac cum fructu exerceatur, incumbat Superiori Generali eligere Religiosos Regulari disciplina, probitate morum, ac zelo gloriæ Dei præditos, & ad animarum salutem eximia charitate accensos, qui veluti Candelabra super Montium jugis sita, ad tenebras tam infidelitatis, quam Hæreses pro viribus dissolvendas sint apti, quique nec minores sint annis viginti quinque, nec trigesimo quinto majores, exceptis tamen Lectoribus Jubilatis, & Sexennialibus Sacra Theologia ad has Missiones divinitus vocatis, dummodo tamen quadragesimum annum non excedant, robusta quoque corporis valetudine polleant ad jugiter laborandum in vinea Domini, & quidem indistincte, tam pro locis Terræ Sanctæ, quam pro aliis Missionibus: Theologia pariter cursum expleverint, ac Lectores, seu Concionatores fuerint, aut saltem in Morali Theologia bene versati, illosque non ex sola Italia, sed ex omnibus Provinciis advocare curet, & plures etiam ex una Provincia, dummodo sic electi prædictas habeant qualitates, moneatur insuper Provinciales, Guardianos, aliosque, si opus fuerit, Religiosos, ne accedere volentes ullo modo retrahant, & contra tales dissuadentes, ac male consulentes, poenas comminetur privationis vocis activæ, & passivæ, aliasque arbitrio Sacra Congregationis.

De qualitate eligendorum cum poena contra dissuadentes accedere ad Collegium

De eorum ingreſſu in ſemina-
ria jura-
menti.

III. In ipſo ingreſſu ſinguli exercitia ſpiritu-
alia peragant per decem, aut ſaltem octo dies,
cum omne donum perfectum deſurſum ſit de-
ſcendens a Patre luminum, & deinde immedia-
te in manibus dicti Patris Superioris Generalis
Cifmontani, aut eo abſente, alterius ab eo de-
putandi juramentum juxta infraſcriptam formu-
lam præſent, illudque ad Sacram Congregatio-
nem tranſmittatur. Formula juramenti talis eſt:
Ego Frater N. profeſſus in Conventu N.
Provincia N. Ordinis Sancti Franciſci de Ob-
ſervantia juro, & promitto in manibus Pater-
nitatis Veſtræ Reverendiſſimæ N., ſive Superio-
ris delegati me ab hoc Seminario non diſceſſu-
rum, neque diſcedere procuraturum mediate,
vel immediate per me, nec per interpoſitam per-
ſonam, niſi ex legitima cauſa admittenda a Pater-
nitate Veſtra Reverendiſſima, vel a veſtris Suc-
ceſſoribus canonicè intrantibus, & non alias.
Inſuper pro Fidei Catholice propagandæ cauſa,
ac ſalute Infidelium procuranda, ad loca Terræ
Sanctæ, aut aliam quamcumque Provinciam,
vel Regnum ſine aliqua repugnantia, & exce-
ptione quodcumque iturum, & ad illam partem
ex diſtis locis, aut Provinciis, ad quam a
Paternitate Veſtra Reverendiſſima ero deſtina-
tus, & miſſus; ſic me Deus adjuvet, & hæc
Sancta Dei Evangelia: Ego N. N. aſſirmo ut ſu-
pra manu propria.

De mora in
Collegio.

IV. In dicto Seminario permanent ſpatio
duorum annorum, & non ultra, niſi fortæ cum
aliquo ob inſignis ſpem profectus, vel ex alia le-
gitima cauſa cenſuerint Lectores protrahendam
eſſe moram ad triennium, idque cum diſpenſa-
tione in ſcriptis Patris Superioris Generalis Cif-
montani, & Sacre Congregationis.

De qua fami-
lia & Provin-
cia cenſendi
ſunt.

V. In omnibus Collegiales ſubſint, prout
etiam Lectores obedientie Guardiani, & Superio-
rum Ordinis reſpective, ſicuti ceteri Fratres,
& Lectores de Familia, ac de iis habeatur, dum
in Seminario permanſerint, eadem ratio, ac ſi
hujus Provincie Fratres eſſent, tum circa præ-
cedentiam juxta ſuſceptionem habitus, cum
hac tamen declaratione reſpectu Lectorum Ju-
bilatorum, & Sexennialium, ut dum actu ſunt
Collegiales, præcedentia, & præminentis
ipſis competentibus ſecundum ſtatuta Ordinis
fruantur, & ſi Sexennales in propria Provincia
locum non haberent, ſint immediate poſt ulti-
mum aggregatum de numero: tum etiam circa
reliqua eorum Religioſis neceſſitatibus conve-
nientia, exceptis hiſ, quæ ſequuntur hoc modo:
nempe Veſtiarum cuique ex diſtis Studentibus
ſubmiſtrentur a ſingulis reſpective eorum Pro-
vinciis juxta morem in Religione obſervatum,
ac præſtatam erga alios Studentes. Quo vero
ad Lectores actu legentes Veſtiarum ſubmi-
ſtrentur ex pecuniis Terræ Sanctæ mediante Syn-
dico Apoſtolico, eiſdemque Lectoribus, prout
etiam ſex Studentibus ex eiſdem pecuniis ſubmi-
niſtrentur cetera, quæ in Religione vocantur
neceſſitates. Quo vero ad alios ſex ſubmiſtrentur
a Guardiano dicti Conventus, & Dominus
Secretarius Sacre Congregationis ſupplicabit
Sanctiſſimo pro elemoſyna Miſſarum in dicta
Eccleſia Sancti Bartholomei celebrandarum pro
ſex ad minus dictorum Religioſorum, ne pro
habenda dicta elemoſyna ad alias Eccleſias di-
vagetur.

De eorum in-
digenſia.

VI. Duo ſemper in hoc Seminario ad minus

pro nunc adſint Lectores, alter Controverſia-
rum, & alter pro lingua Arabica, & ſi poſſibile
ſit, addatur tertius pro lingua Illyrica, & re-
mittitur prudentiæ Patris Superioris Generalis
Cifmontani invenire Lectorem, qui utramque
ex diſtis linguis calleat, & non admittantur,
niſi prævio examine, & confirmatione Sacre
Congregationis, iſdemque ſerio injungatur ſe-
dulitas, & aſſiduitas in lectionibus, repetiti-
onibus, & exercitiis, ac dicti Lectores, dum actu
legunt, habeant præcedentiam modo, quo ſe-
quitur, nempe: Lector Controverſiarum, ſi
fuerit Lector Jubilatus de non numero, inter
Lectores Jubilatos de numero, ultimo tamen
loco, ſi fuerit ſolum Sexennialis, omnes Exdeſi-
natores. Lectores Linguarum, ſi fuerint Jubi-
lati, vel Sexennales eo modo, quo Lector Con-
troverſiarum; ſi tantum inſtituti Lectores Theo-
logi, inter Exdeſinatores juxta antianitatem
habitus, ſi non ſint Lectores Theologi, &
trigeſimum annum compleverint, immediate
poſt Vicarium, ſi non compleverint trigeſimum
annum inter Lectores Artium cum prerogativis
ſecundum morem, & Statuta Ordinis reſpecti-
ve competentibus, præcedant, incendant, &
potiantur.

De numero,
eleſtione, &
primatu Le-
ctorum.

Item de eorū
onere.

VII. Præſatus Lector Controverſiarum bin-
nas ad minus ſingulis hebdomadis tradat in ſcri-
ptis lectiones utiles pro locis Terræ Sanctæ, ac
aliis reſpective locis, ubi Religio Miliones ha-
beat, & poſt veſperas earumdem agat confe-
rentiam, frequentibusque exercitiis Studentes
inſtituat, ſingulis vero menſibus tradite doctri-
næ diſputationes habeantur, intervenientibus
etiam aliis Lectoribus, & Religioſis ejuſdem
Conventus. Alii autem Lectores linguarum ter
in hebdomada legant, & rerum, quas docuerint,
repetitionem a Studentibus exigant ſingulis die-
bus, quibus legere tenentur, per horam poſt
veſperas auditores ſuos exercendo.

De egreſſu e
Conventu.

VIII. Prohibetur a ſe Lectoribus, ac Stu-
dentibus diebus lectionum a Conventu egredi
quocumque de cauſa, niſi expletis integre le-
ctionibus, ac exercitiis ea die, qua fieri debe-
bunt, & in hoc Guardianus diligenter incum-
bat, & ſi Theſes eadem die habeantur, ſi ita
expediens videbitur, abſolute licentiam de-
neget.

De prohibi-
tione Concio-
num.

IX. Interdicitur pariter æque Lectoribus,
ac Collegialibus Quadrageſimalium Concio-
num curſus aggredi, & ſolummodo permittatur
Studentibus ſermonem aliquem, aut Concio-
nem interdum infra annum habere ob aliquam
occurrentem feſtivitatem, aut quadraginta ho-
rarum, & ſimiliter in Menſa, aut in Conventu,
ad hoc ut prompti ſint ad hujusmodi exercitium
ſubeundum tempore Miſſionum, dummodo per
id a ſtudiis prædictis nulla penitus diſtractio ſe-
quatur.

De correſti-
one negligen-
tium.

X. A lectionibus, repetitionibus, ac exer-
citiis utriuſque ſtudii, nemo proſurſus ex Studen-
tibus quocumque titulo, aut colore eximatur,
aut unquam permittatur abeſſe, & ſi quis ne-
glexerit, a Guardiano corrigatur, idemque
ſiat, ſi aliquem negligentem in exſcribendis le-
ctionibus, aut in diſtis ſtudiis deſidioſum repe-
riat, & tam Lectores, quam Guardianus de om-
nibus Superiorem Generalem, ac etiam Sacram
Congregationem certioret.

XI. Se-

De Theſibus.

XI. Senis quibuscumque menſibus Theſes Theo-
logiæ, ſeu Controverſiarum Arabico, Latino,
& quatenus fieri poſſit, Illyrico idioma ha-
beantur, quibus Guardianus intereſſe teneatur
ad dignoſcendum eos, qui proficiunt, & monere
debeat Patrem Superiorem Generalem de iis,
qui forſan ſtudio hujusmodi minus vacaverint,
ut valeat, illis ſubmotis, alios ſubrogare.

De Concione
habenda ſu-
per præſtan-
tia Miſſionum

XII. Curet Superior Generalis aliquem Reli-
gioſum deputare, qui ad ipſos Studentes ſin-
gulis menſibus magno zelo, ac fervore Concio-
nem habeat de Miſſionariorum muneris præ-
ſtantia, deque peculiaribus ejuſdem functioni-
bus, quo ſpiritus Apoſtolicus in eis ſuccenda-
tur, ac perſeveret, erudianturque in iis omni-
bus, quæ ad illud pertinent, & cum Dei gloria
peragendum contingat.

De Viſtatio-
nibus facien-
dis.

XIII. Superior Generalis Familie Cifmonta-
næ, vel alter ab eo delegatus, ſingulis ſaltem
quatuor menſibus ſtudium iſtud viſitet, & ſi
Studentem aliquem minime proficientem inve-
nerit, aliqua poenitentia injuncta, qua alii ab aſ-
ſumpto munere negligendo deterreantur, eum
ad propriam Provinciam redire jubeat, & eam-
dem Sacram Congregationem de remotione
moneat, aliumque in remoti locum quamprimum
ſubroget. Ultra vero præſatam Patris
Superioris Generalis viſitationem, Secretarius
itidem Sacre Congregationis idem Collegium
bis viſitet in anno abſque Superiorum interven-
tu, ut liberius queat ſtatim, & neceſſitates
Collegii exponere, adhibito ſecum dumtaxat
aliquo Arabice lingue perito, per quem poſſit
Alumnos examinare, & de eorum progreſſu
certiorare.

De expoſiti-
one Cathedi-
ni.

XIV. Singulis diebus Dominicis, & aliis fe-
ſtivis de præcepto præſati Collegiales in loco
per Superiorem Cifmontanum in Conventu de-
ſtinando poſt veſperas ſerio, & cum opportu-
nis obſervationibus explicent Religioſis Sacer-
dotibus, Clericis, & Laicis Cathediſinum Ro-
manum, & unusquisque turnarie continuet per
menſem, quouſque compleatur, & deinde de
novo per ordinem incipitur, ad hoc, ut aptio-
res evadant tempore, quo in Miſſionibus per-
manſuri erunt.

De miſſione
Miſſionariorū

XV. Completo biennio ſinguli Collegiales
juxta Decretum die tertia Octob. MDCCVII.
emanatum in Congregatione coram Sanctitate
Sua, examinentur, præſente quoque Eminen-
tiſſimo Proteſtore Ordinis, qui cum Superiore
Generali eligat illos ad Sancta loca mittendos,
& alios pro ceteris Miſſionibus eidem Eminen-
tiſſimo bene viſis, & referre dignabitur Sacre
Congregationi, & ſi nullus tunc temporis in-
promptu ſit Terræ Sanctæ, vel Miſſionis locus,
aut ſaltem non pro omnibus Collegialibus, a
Patre Superiore Generali deſtinentur, ut infe-
rius, in aliquibus Conventibus, quouſque ad-
venerit occaſio juxta indigentiam, & opportu-
nitatem tranſmittendi, & Sacram Congrega-
tionem certioret, & ſi aliquis ad locum deſtina-
tum renuerit, aut accedere negligeret, arbitrio
Sacre Congregationis plectetur, & adventi-
tibus novis Collegialibus, præmiſſis exercitiis ſpi-
ritualibus, factoque juramento, illud ad Sacram
Congregationem tranſmittat.

XVI. Ut autem dicti Ordinis Collegiales,
aliquo etiam temporalis præmio alliciantur, ani-
moſque libentius intendant ad Sacram Miſſio-

num miniſterium, ac conſequenter ſtudiis præ-
ſatis, veluti ad Miſſiones ipſas directis, infraſci-
pulis privilegiis gaudeant, & potiantur.

De eorum Pri-
vilegiis.

XVII. Donec completo ſtudio ſeſe obtule-
rit occaſio ad loca Sancta, vel alias Miſſiones
accedendi, Pater Superior Generalis illos ad
propriam Provinciam revocet, collocetque in alti-
quo principali Provincia Conventu iſſidem gra-
to, ex quo, ipſo Generali Superiore Cifmontano
inconfulto, dimoveri nequeant.

XVIII. Iſis vero, qui in Miſſione aliqui Præ-
fecti munere per ſexennium laudabiliter per-
functi fuerint, liceat in reditu aliquem ex prin-
cipalibus propriæ Provincie Conventibus ſibi
deligere, ac inter Lectores Jubilatos de numero
præcedentiam habere juxta antiquitatem inſti-
tutionis cum omnibus præminentis per Conſti-
tutionem ſan. mem. Urbani Octavi concessis,
& ſi jam iidem Præfecti fuerint Lectores Jubilati
inſtituti, ſive de numero, ſive de non numero,
potiantur præcedentia, & loco immediato ad
ultimum Ex Miniſtrum Provinciam in prop-
ria Provincia, nec non præminentis eorum-
dem Ex Miniſtrum Provincialium in propria
Provincia, ac ſi Officio Miniſterii hujusmodi
functi fuiſſent.

Privilegia præ
Miſſionariis.

XIX. Liceat pariter iſis, qui laudabiliter
duodecim annorum ſpatio Sacre Congregatio-
ni in Miſſionibus, vel in locis Sanctis inſervierint,
poſt reditum unum ex principalibus prop-
riæ Provincie Conventibus ſibi deligere, eor-
umque locus ſit (ſi jam non fuerint inſtituti
Lectores Jubilati, vel Lectores ſexennales)
immediate poſt actuales Definidores ſupra quo-
ſcumque alios; ſi vero jam fuerint inſtituti
Lectores Jubilati, vel Sexennales, & inſervierint,
ut ſupra per octo annos, poſt reditum ad prop-
riam Provinciam potiantur præcedentia, &
præminentis Lectoribus Jubilatis de numero
conceſſis, ſervando inter ſe anterioritatem in-
ſtitutionis: Et ſi diſcedentes ex Miſſionibus pro
negociis earumdem Miſſionum ad Urbem ſe-
conferant de licentia Sacre Congregationis,
maneant in dicto Conventu Sancti Bartholomei,
ſi commode recipi poſſint, vel in alio Conventu
Beate Mariæ de Araceli, & interim habeantur,
ac ſi eſſent de familia quouſque per Sacram
Congregationem expediantur.

De privilegiis
Lectorum.

XX. Utque ſimiliter tam Lectores Contro-
verſiarum, quam Lectores, ſeu Magiſtri Lin-
guarum, qui laudabiliter, & cum approbatione
Patris Superioris Generalis Cifmontani in præ-
dictis ſe geſſerint, aliquod præmium pro eorum
laboribus conſequantur, conceditur, ut ſi Lecto-
res Jubilati de non numero per quadriennium,
Sexennales per octennium, & Lectores Theo-
logi tantum inſtituti per decennium legerint; non
inſtituti vero Theologi linguarum per quinden-
nium docuerint, redeuntes ad propriam Pro-
vinciam, potiantur eadem præcedentia, & præ-
minentis, quibus gaudent Lectores Jubilati de
numero, ſervata pariter inter eos anterioritate
inſtitutionis.

De Procura-
tore Miſſionis.

XXI. Studeat Superior Generalis Cifmonta-
nus deputare Procuratorem pro Miſſionibus,
qui vel in Sancti Bartholomei, vel in Araceli-
tano Conventibus commoretur, & unum ſocium
gratum habeat, qui in gerendis negociis Miſ-
ſionum eum coadjuret, & petita ſolita benedi-
ctione a Superiore locali, e Conventu creat,

qui quidem Procurator, vel per sexennium completum fuerit Praefectus, aut Officialis locorum Terrae Sanctae, vel per decennium Missionarius, aut in servitio Terrae Sanctae per idem tempus permanserit.

De praedictorum executione.

§.2. In his omnibus Sacra Congregatio conscientiam Superiorum Ordinis familiae Cismon-tanae onerata esse voluit, eorumque arbitrio reliquit Regulas (supradictis tamen firmis remanentibus) tum exactam regularem disciplinam, tum studiorum profectum respicientes, & per eandem Sacram Congregationem approbandas.

Confirmatio eorum praedictorum Cardinalium facta.

§.3. Cum autem sicut eadem expositio sub-jungebat, memorati Cardinales, facta sibi per Dilectum Filium Secretarium praedictae Congregationis omnium, & singularum Regularum hujusmodi distincta relatione unanimi consensu illas approbantes, confirmandas esse censuerint: Hinc est, quod Nos inviolabili earumdem Regularum robori, & efficaciae providere voleantes, supplicationibus eorumdem Cardinalium, Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, easdem praesertim Regulas cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: salva tamen semper in praemissis auctoritate praefatae Congregationis Cardinalium.

Clausula.

§.4. Decernentes easdem praesentes literas, ac Regulas hujusmodi semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicut in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit praefati Conventus Sancti Bartholomaei, & illius Ordinis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub

Annulo Piscatoris die XXI. Januarii MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CXXXV.

Conceditur Alternativa Tripartita in Electione Correctoris, Collegarum, & Definitorum in Provincia Messanen. Fratrum Minorum Sancti Francisci de Paula.

Dat. 6. Febr. 1710. An. 10.

Clem. X. Const. ed. 1670, Aug. 13, P. 1. concessum fuit suffragium Pontifici Const. ed. 1717, Augusti 12, P. 17 agitur de suffragio Exprovincialis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Pastoralis Officii, quod Authore Deo gerimus, cura animum nostrum solliciti, ad ea peculiari paternae charitatis studio statuenda, per quae Christianidelium divinis obsequiis sub suavi Religionis iugo mancipatorum quieti, & felici regimini opportunis rationibus salubriter consulatur.

Exordium.

§.1. Alias siquidem per dilectos filios fratres Vallis Neti nuncupatos Provinciae Messanen. Ordinis S. Francisci de Paula Minorum nuncupatorum Nobis supplicato, ut quandam Alternativam in electione Correctoris Provincialis dictae Provinciae inter Fratres Conventuum dictae Vallis, & Vallis Demonis nuncupat. Provinciae, & Ordinis praedictorum concederemus. Nos supplicem libellum Nobis super praemissis porrectum ad Congregationem Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositam remisimus, ipsa vero Congregatio Cardinalium eundem supplicem libellum ad Venerabilem Fratrem modernum Archiepiscopum Panormitan. pro informatione, & voto transmissit, qui quidem Archiepiscopus ad occurrendum inordinationibus, quae occasione electionis Correctoris Provincialis hujusmodi oriebatur, ne illius officium penes Fratres Conventus Mylarum perpetuo remaneret, censuit Alternativam hujusmodi tripartite concedendam esse, & ad hunc effectum quandam Conventuum repartitionem fecit, assignando eisdem Fratribus Vallis Neti, Conventus Cathanien., Syracusan., Augusta., Leontinenis, Vizzini, Calatagironensis, Mellitellensis, Vistoriae, Neti, Terre novae, & Syclensis; Fratribus vero districtus Messanen., Conventus Messanen., Castanex, Scalanen., Taurominae, Linguae grossae, & Randiatensis, ac demum, fratribus Plani Mylarum Conventus Mylaytan., Montis fortis, S. Petri, S. Angeli, Condronensis, & Gipsensis, addens, quod in primo Capitulo Provinciali celebrando electio de persona Religiosi Conventus Vallis Neti, & subinde modo recensito alternatim fieri deberet. Auditoque postmodum ab eadem Congregatione Cardinalium dilecti filii Moderni Procuratoris Generalis voto, die 26. Augusti 1707. rescriptis, ut ad Capitulum Provinciale recurrerent, & postea supplicarent; Cum autem die 29. Septembris ejusdem anni Capitulum Provinciale celebratum fuisset, Fratres Capitulares in eo legitime con-

A Provincia petita fuit alternativa inter Fratres Vallis Neti, & Vallis Demonis.

Sed ab Archiepiscopo Panormitano approbata, fuit alternativa inter Fratres Vallis Neti, Districtus Messanen., & Plani Mylarum.

Forma dictae tripartitionis.

Et a Capitulo Provinciali an. 1707 alternativa tri-

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die VI. Februarii MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CXXXVI.

Damnatur, & prohibetur Liber, cujus titulus: Ragioni a pro della fedelissima Città, e Regno di Napoli &c.

Dat. 17. Febr. 1710. An. 10.

Const. ed. 1710 Jan. 18 P. 10 damnatus fuit Liber: Traité de la Regole &c. Et Constitutione sequenti damnantur tres Libri de re beneficiaria.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM, sicut accepimus in lucem prodierit Liber quidam Italico idiomate editus, cui titulus: Ragioni a pro della fedelissima Città di Napoli contra il procedimento straordinario nelle Cause del S. Officio divise in tre Capi &c. Et Venerabiles Fratres nostri S. R. E. Cardinales in tota Republica Christiana contra hereticam pravitatem Generales Inquisitores a Sede Apostolica specialiter deputati, audita Libri hujusmodi censura sibi relata, illum tamquam continentem propositiones falsas, perniciosas, temerarias, seditiosas, erroneas, Ecclesiasticae Immunitatis, & Jurisdictionis everfivas, ad schisma excitandum aptas, Tribunali S. Inquisitionis summopere injurias, haeresim demum sapientes, sive de haeresi suspectas respective prohibendum, & condemnandum esse censuerint. Hinc est, quod Nos creditum Nobis a Domino pastoralis curae, & vigilantiae munus, quantum Nobis ex alto conceditur salubriter exequi cupientes de memoratorum Cardinalium consilio, ac etiam Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine praedictum Librum ubique, & quocumque alio idiomate, seu quavis editione, aut versione hucusque impressum aut imposterum imprimendum tenore praesentium damnamus, & reprobamus, ac legi, seu retineri prohibemus, ipsiusque Libri impressionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christianidelibus, etiam specificam, & individua mentione, & expressione dignis sub poena excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam praeterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium obtinere valeat, omnino interdicimus.

Libri titulus, & ejus censura.

Damnatio, & prohibitio libri praedicti, cum praedictum illum et dendi Ordinariis, vel Inquisitoribus.

§.1. Volentes, & auctoritate Apostolica mandantes, ut quicumque Librum hujusmodi penes se habuerint, illum statim, atque praesentes literae eis innotuerint, locorum Ordinariis vel haereticae pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur, hi vero exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Clausula.

§.2. Ut autem eadem praesentes literae ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quicquam illarum ignorantiam allegare possit volumus, & auctoritate praedicta decernimus, illas

partes nullo modo electionem Corre-ctoris, sed etiam Collegarum, & Definitorum.

gregati; praemissa vera esse considerantes, eidem Congregationi Cardinalium pro concessione ejusmodi Alternativae tripartitae, juxta votum memorati Archiepiscopi, ita scilicet ut in primo memoratus Corrector Provincialis e Fratrum Vallis Neti nempe Cathanien., Syracusan., Augusta., Leontinenis, Vizzini, Calatagironensis, Mellitellensis, Vistoriae, Terre novae, Netensis, & Siclensis, in Secundo e Fratrum Messanen., Castanensis, Scalattenis, Taurominenis, Linguae grossae, & Randiatensis, & in tertio Capitulo Provinciali dictae Provinciae succellive celebrando e fratrum Mylaytani, Montis fortis, Gipsensis, S. Petri Condronensis, & S. Angeli respective Conventibus Provinciae, & Ordinis praedictorum, tres vero Collegae dicti Capituli Provincialis unus e Vallis Neti, alter vero ex districtu Messanen., ac reliquus ex Plani Mylarum Conventibus eligi deberent, & id ipsum in Electionibus sex Definitorum servandum sit.

Preces Fratrum Provinciae.

§.2. Quare dicti Exponentes Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur dictos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de memoratorum Cardinalium, qui relationem praedicti Archiepiscopi ad eosdem Cardinales super praemissis transmissam audiverunt, consilio, eisdem Exponentibus petitum Indultum Alternativae tripartitae in omnibus juxta petitam memorato Capitulo Provinciali concedimus; salva tamen semper in praemissis auctoritate praedictae Congregationis Cardinalium.

Concessio praedictae alternativae tripartitae e Capitulo Provinciali concessit.

Clausula.

§.4. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari: sicut in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Provinciae, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.